



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

Tit. IX. De Præceptis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](#)

Secul. XVI., non credere se esse damnabili & mor-
A. C. 1521., tali peccato obnoxium Deo., „ *Hæc
 propositio est falsa, impia, desperationis
 induciva, & sapiens hæresim.* V., Theologici
 „ logi docentes ex regulis suis, venialia
 „ peccata esse distincta a mortalibus, ad
 „ insaniam perditissime nituntur trahere
 „ hominum conscientias., „ *Hæc propositio
 est stulte, & præsumptuose asserta, sacra
 cris Doctoribus injuriosa, & in quantum
 prætendit venialia non distingui a mortali-
 bus, est hæretica.*

TITULUS IX. De Præceptis.

Facultas ad hunc titulum reduxit sex propositiones: I. „ Qui negat Deum
 „ nobis impossibilia jussisse, pessime fa-
 „ cit, & qui hoc falsum esse dicit, plus
 „ quam pessime. „ *Hæc propositio est
 scandalosa, impia, legis Christianæ infam-
 tiva, ac auctore S. Augustino in Deum blas-
 phema:* II. „ Sola duo ultima Decalo-
 „ gi præcepta sunt, quæ a nullo quan-
 „ tumlibet Sancto aliquo modo imple-
 „ tur; cetera omnia implent, sed in
 „ his duobus manent rei, & peccatores,
 „ quia nihil de ipsis implent. „ *Hæc
 propositio est erronea, impia, in legem, &
 legislatorem blasphema, & in Santos con-
 tumeliosa.* III. „ Omne præceptum Dei
 „ magis

„ magis positum est, ut ostendat præte- Sæcul. XVI.
A.C. 1521.
 „ ritum, & præsens peccatum, quam ut
 „ futurum prohibeat. Siquidem juxta
 „ Apostolum, per legem nil nisi cogni-
 „ tio peccati. „ *Hujus propositionis pri-
 „ ma pars est falsa, temerarie, & sine ratio-
 „ ne asserta. Secunda vero: „ Juxta Apo-*
 „ stolum per legem &c. „ *est erronea, legi,
 „ mentique D. Pauli contraria.* IV. „ Quia
 „ homini Charitatem habenti nulla lex
 „ necessaria est, ideo per hoc præce-
 „ ptum: *Sabbata sanctifices*, non opus
 „ præcipitur, sed quies. V. Istud præ-
 „ ceptum tertium, *Sabbata sanctifices*, ces-
 „ savit proprie, imo omnino quoad per-
 „ fectos Christianos, quia justo non est
 „ lex posita. VI. Infirmis, qui non-
 „ dum sunt mortificati secundum vete-
 „ rem hominem, opus est, ut certis offi-
 „ ciis, diebus, modis occupentur vigi-
 „ liis, jejuniis, orationibus, disciplinis,
 „ & similibus: quibus perveniant ad per-
 „ fectum interioris hominis; ut ubi cor-
 „ pus fuerit castigatum, & in servitutem
 „ fuerit redactum, & mortificatæ passio-
 „ nes, tum ipsa cessent paulatim, & tan-
 „ tum minuantur, quantum profecerit
 „ interior homo, adeo, ut si perfectus
 „ fuerit, illa omnino cessare debeant. „
*Quælibet harum trium propositionum est ex
 errore Scripturæ intellectu asserta, jure in*

D 3

Con-

Sacrl. XVI. Concilio Viennensi contra Begardos repro-
A.C.1521. bata, & hæretica.

TITULUS X.**De Consiliis Evangelicis.**

In hoc Titulo quatuor damnantur propositiones : I. „ Illud verbum Christi Matthæi quinto: *Qui te per-, cufferit in maxillam dexteram* 8. & illud „ ad Romanos 12. *Non vos defendetis Ca-, rissimi*, non sunt consilia , sicut etiam „ multi Theologi errare videntur , sed „ præceptum. „ *Hæc propositio est fal- fa, legis Christianæ nimium onerativa, & sanæ intelligentiæ S. Scripturæ adversa.* II. „ Requirere coram judice de injuria re-, parationem Christianis prohibitum „ est. „ *Hæc propositio est falsa, scanda- losa, juri divino naturalique diffonia.* III. „ Quia Christianus temporalia non de-, bet amare , ideo non debet jura-, re. „ *Hæc propositio est in mori- bus erronea , & sapiens hæresim.* IV. „ Judæis ad libitum verum jurare , est „ permisum. „ *Hæc propositio , si intel- ligatur permisum, tanquam licitum, falsa est, divino præcepto adversa, & antiquus Judæorum error.*

TITULUS XI.**De Purgatorio.**

Hic titulus novem propositiones com- plecti-